



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Iudicia temeraria quoties, & quàm iniquè ferantur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

Nihil ago, nisi documentis ostendo, quibus erudiri possit orbis. Theodosius minor Arcadij F. Theodosij M. nepos Eudociam Augustam coniugem, ob pomum Paulino donatum, ab societate tori seinnxit; Paulinum, ut alij tradunt, eadem nocte occidit, vel in exilium deportari mandavit. S. Ita ex rupe praeceps in altam voraginem deturbata. Extat vita Ita singulari libello edito ab Fischingensi Abbate vulgata.

Baronius in  
Otthone III.

Ottho III. Imperator falso delatum Comitem occidit. Henricus S. Kungundis innocentiam ferro igniq; exploravit. Alij priuatorum casus quotidiani & sine numero occurrunt.

## VIII.

Neque inter coniuges dumtaxat eiusmodi iniusta atq; temeraria iudicia feruntur. Seruus censuum, immò Dominum; filius patrem; filia matrem; maritus uxorem; vxor maritum; subditi Principem & magistratum; saecularis Religiosum, Religiosus saecularem, immò & Religiosum, filius confessionis Confessarium ad iudicij sui tribunal vocat. Vnde S. Bernardus ait: *Si is, qui de claustro est, eum qui versatur in populo, interdum minus districte, minusq; circumspicte se se agere deprehenderit; verbi gratia in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio; non ad iudicandum confestim profiliat; sed meminerit scriptum: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Nam tu quidem in tui custodia vigilans benefacis, sed qui iuuat multos, & melius facit, & virilius. Quod si implere non sufficit, absq; aliqua iniquitate, id est, absque aliqua inaequalitate vitae & conuersationis sua, memento, quia charitas operit multitudinem peccatorum, Hac dicta sint contra geminam tentationem, qua saepe viri Religiosi Episcoporum vel ambire gloriam, vel excessus temere iudicare diabolici. Sigationibus incitantur. Vitali Monacho de prostibulo egredienti, quidam, qui temere iudicabat, eum libidinis exercendae causa, in illo fuisse putans, colaphum infregit, & illico à daemone infessus est. Adibat enim Vitalis prostibula, vt meretrices à turpi corporis quaestu auocaret, pecuniaq; paciscebatur vel vnius noctis continentiam. Quae res clarius patuit, cum percussorem suum à daemone liberauit. Ostendit ea liberatio, sanctum fuisse, qui temere est iudicatus; iniustum, qui temere iudicauit. Eiusmodi iudicia, non tantum quotidie, in vna ciuitate contingunt millies, sed saepe in vna domo, saepe in vno homine. Quidam enim vel naturae tristis, vel amarae mentis vitio, nemine aspiciunt, quem non iudicent daemonesque.*

S. Bernard.  
serm. 12.

Ecclesi. 42. 14.

Eccl. 4. 20.

Puta-